

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Karl Heinrich Charisius Christoph Kohlen von

**Disputationem Iuridicam De Culpa Iussu Magnifici Domini Rectoris ... Placidae
Eruditorum disquisitioni submittet Carolus Heinricus Charisius, I. U. D.
Respondente Christophoro a Kohlen/ In Auditorio Maiori Die 2. Octobr. Anno
MDCLXXXI ...**

Regiomonti: Praelo Reusneriano, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76980652X>

Druck Freier  Zugang



K.W. — 2 (100.)

1. Mollenbus de duobus testamentis simul validis.
2. Caroc de investigando deficitandoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium. Autograph.
4. Hartung de curatore ad litem.
5. Stryk de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryk de domicili mutatione.
7. Radou de sufficiens.
8. Bünfow de jure detractionis et emigrationis.
9. Stryk de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de lebico aetatis.
11. Dürfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aarwede de praesumptionibus.
13. Boltz de angutorum.
14. Charioius de dolo.
15. Charioius de culpa.
16. Willebrandt de senatus consulti macedoniano.
17. Ranger de mastorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinueros.
19. Ranger de concurso actionum.
20. Ranger de eo quod justum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radou de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Kraft de concursu judicii civilis et criminalis in causa ultimi supplicii.
25. Meyer de indicis in criminis magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26a - 2. Wegner de verborum significacione disput: I - IX.
27. Clemann de reciproca cohaeredum substitutione.
28. Lichrodt de vi rei judicatae.
29. Wincop de residenda divisione hereditaria.
30. Reinhardt de successione first.
31. Banja de usuris ultra alterum tantum.
32. Schreter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuit.
33. Schreter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romano pontifice per ius canonicum perverse tentatas.
34. Streit de actione quae ex mala munere administratione competit.

35. Gribner de fidejusore mulieris apud saeculos sine curatore conservantio.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Grass de jure prototorum.
38. Klinger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Strit de rapido et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et hororum possessione.
42. I. L. P. Böhmer de filio vagalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
43⁶ de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de favo ac privilegiis practicantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatio per testem et prae sumptionem itemque iuramen-
to judiciali et necessario in processu exentivo locum habente.
48. Brietner de favore ultimorum voluntatum.
49. Schroeter de principiis rescriptis eorumque usus moderno.
50. Sahme de jure numeri septenarii Non Usus iuris subiectus Zoff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communii ejusdemque jure.
53. Schnidl de denunciatione e suggestione.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Nafos de impensis in rem alienam a b. et m. f. postponit factis.
58. Schott. de uxore desertice dote sua esse regula quidem, non tamen
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotatilium ferriens vidua mortua
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non interfici.
60. Ricinus de conventione obligationis debitoris ad carcavam in cui-
us debiti.

23
15

I. N. D. N. J. C.
DISPUTATIONEM
JURIDICAM
^{DE}
C U L P A,
jussu
MAGNIFICI DOMINI RECTORIS,
ET AMPLISSIMI SENATUS
ACADEMICI
CONSENSU,
PRO LOCO PROFESSIONIS
JURIS EXTRAORDINARIÆ
obtinendo,
Placide Eruditorum disquisitioni
submittebat
CAROLUS HEINRICUS
CHARISIUS,
J. U. D.
RESPONDENTE
CHRISTOPHORO à Kohlen/
In Auditorio Majori
Die 2. Octobr. ANNO M DC LXXXI.
Horis ante & pomeridianis.

REGIOMONTI,
PRÆLO REUSNERIANO.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO

WILHELMO,

MARCHIONI BRANDENBURGICO

S.R.I. ARCHICAMERARIO

ET PRINCIPI

ELECTORI,

PRUSSIÆ, MAGDEBURGI, JULIÆ,

CLIVIÆ, MONTIUM, STETINI, POMERANORUM,

CASSUBIORUM, VANDALORUM, IN SILESIA

ITEM CROSNÆ CARNOVIÆ;

DUCI,

BURGGRABIO NORINBERGENSI,

PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ,

CAMINI, COMITI MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,

RAVENSTEINII NEC NON TERRARUM

LAUENBURG ET BUTO.

&c. &c. &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

PRINCIPI OPTIMO,

Disputationem hanc in tesseram subiectæ
devotionis humillimè
offert

P R A E S E S.

B. C. D.



Nnus & quod excurrit præteriit,
cum in observantiam Statutorum Academiæ
nostræ pro receptione in Facultatem Juri-
dicam cathedram ascendi, atqve thesibus
nonnullis Jus circa Dolum explicavi. Jam
cum SERENISSIMUS NOSTER, DOMI-
NUS meus Clementissimus, honores Pro-
fessionis Juris Extraordinariæ clementissime mihi contulerit,
atqve Statuta Academica solennem pro introductione s. Lo-
co uti vocant, iterum exigant Disputationem, operæ pretium
duxi, si eo jam dirigerem laborem meum, ut, quibus modis
Doli machinationes evitare liceat, exponerem. Commodum
verò instituti argumentum Materia de Culpa exhibuit. Cum
enim pessima Culpa scaturigo sit Negligentia, illa verò in Ju-
re adeò exosa, ut nec Doli (qui alioquin Diligentiam exige-
re videtur per l. i. §. 2. ff. de Dolo malo.) effugere possit præ-
sumptionem, sed modo plane ei comparetur, l. i. §. 1. si mensor
falsum modum dixerit, modo Dolus absolute dicatur l. 226. d.
V. s. modo prope illum locetur l. 29. in pr. ff. Mandati vel
contra l. i. §. 2. *Si is qui testamento liber esse jussus &c.* & tu-
tissimum sit, qui vitii, illudqve excipientis damni, expers esse
vult, ejus etiam apud alios suspicionem sollicitè fugiat, disse-
minatam in Jure de Culpa materiam collegi, admonitus singu-
los, Diligentiam, virtutum præsidium, in omnibus negotiis
sedulo adhibeant, quo Doli ubiq; suspicionem effugientes, ejus
non tantum Rei in Jus non vocentur, sed & Actores Culpa
non gravati Judicis officio salubriter frui possint.

§. I. Ut vero nostro proprius accedamus scopo, & ne
initio statim nobis objiciatur, quod opus non sit Diligentiâ,

A 2

ubi

ubi prætextus simplicitatis jacturam ex Dolo resarcire posse,
l. 1. in pr. D. de Dolo malo. præliminaris quæstio Prima sit,
Quænam in negotiis simplicitas indemnitatis ex legibus ha-
beat beneficium? Et quamvis multa hic de diversa simplicita-
tis in Jure significatione, (quod nunc opponatur calliditati, ver-
sutiæ &c. ut in alleg. l. 1. nunc difficultati & subtilitati Juris,
§. 7. f. de Fideicommiss. beredit. nunc Rusticitas appelletur, l. 2.
§. 1. *Siquis in jus vocatus non ierit.* nunc pro ignorantia po-
natur. l. 1. C. de Jur. & facti ignorantia. nunc per fragile & in-
firmum consilium, l. 1. in pr. ff. de Minoribus. nunc per infir-
mitatem & imbecillitatem explicetur, l. 2. §. 3. ff. ad SCT. Vel-
lejan. l. 5. C. eod. plura de diverso personarum respectu, l. 1. in
pr. ff. de Minoribus. l. 9. pr. & l. fin. D. de Juris & facti igno-
rantia. l. 4. C. de Sponsalibus. l. 25. C. de Nuptiis. &c. adduci
possent,) tamen præmonentes quod objecta l. 1. ff. de dolo malo.
loquatur de iis, qui jure communi utuntur, verbo responde-
mus, quod illa simplicitas restitutionis gaudeat beneficio, quæ
non otiosa, h. e. quæ sine culpa contrahentis, post diligentem
negotii explorationem, averti non potuit. Scientiam enim
circa negotia leges à Civibus desiderant, non talem quidem,
qualis Jurisprudentibus est, talem tamen, quam quis aut per se
habet, aut consulendo prudentiores assequi potest, l. 10. D. de
Bonorum possessione. Injungit hinc l. 15. C. de rescindenda ven-
dit, ut quilibet rei suæ familiaris vires probe exploret, *Scire*
enim, inquit, *rei suæ vires vel merita atq. emolumenta* debet:
Et quæ de damno ejusque restitutione loquuntur leges, sic ver-
ba habent: *Damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non vi-
detur l. 203. ff. d. R. f. Deceptis sine culpa sua succurri oportebit.*
l. 7. §. 1. D. de In integrum restitut.

§. II. Cum igitur Culpa inter sit, quo minus quis remedio
contra dolorem frui possit, merito nunc exponendum
esset,

eslet, quid per Culpam leges propriè intelligent. Quoniam verò adhuc ex principio nobis objici posset, Qui ergo Diligentia Doli suspicionem & incommoda evitare liceat? præmittamus adhuc quæstionem hanc præliminarem secundam, tanto magis, cum via ad institutum nostrum hac ipsa enodatione magis nobis aperiatur.

§. III. Quæritur itaq; quomodo adhibendo in negotiis Diligentiam, Doli præsumptionem & incommoda effugere possumus? Resp. ex l. 33. in pr. ff. de administrat. & pericul. Tutor, quando Diligentiam ex bona fide rebus nostris præbemus: Explicit responsum hanc clarioribus verbis l. 68. in pr. de contrabenda empt: Existimo, inquit, te in exigendo (ad omnia, jure, merito, hæc verba applicamus negotia) non solum bonam fidem sed & diligentiam præstare debere, i. e. non solum (sunt verba legis) ut à te Dolus malus absit, sed etiam ut culpa. His ergo nos præmuniamus Cautionibus, & non solum effugiemus Doli suspicionem, sed & quæ ex alterius mala fide nobis accrevere incommoda, implorato Judicis officio facili negotio propellimus.

§. IV. His præmissis (1.) Quid & quotuplex sit Culpa, (2.) Quod pro qualitate gradus accipiat nomen, & (3.) Quantus tum in Negotiis Civilibus tum Criminalibus præstanta veniat, ordine explicabimus.

§. V. Authores classici Culpæ vocabulum latissimè de dolo & quovis maleficio plerumq; usurpant. Cic. 1. Offic. Caudendum est, inquit, ne major pœna, quam Culpa sit. & lib. 6. Epist. ad famil. Ep. 1. Simus ea mente, quam ratio & veritas prescribit, ut nihil in vita nobis præstandum prater Culpam putemus. Horatius: Culpam pœna premit comes. Terent: in Eunuch: Quicquid bujus factum est, Culpa non factum est mea. Jus nostrum quod distinguat Culpam à Dolo, ex legibus §. 3. f. quibus

bus modis re contrahitur oblig. l. 72. ff. Pro Socio. & l. 68. in pr. de Contrabend. emt. in quibus Dolo opponitur, & per Negligentiam & desidiam explicatur, non obscurè patet. Sed qua ratione videbimus? Dicitur Culpæ fieri non tantum non faciendo, sed & faciendo, l. 91. in pr. ff. d. V. O. Quid verò Desidia, Negligentia tam contrarium quam Labor? Resp. Imperitia, infirmitas, imprudentia in Legibus Culpæ annumerantur, scilicet quando aliquis affectat illud quod non debebat, in quo vel intelligebat, vel intelligere debebat, imperitiam, infirmitatem, imprudentiam suam alii periculosam futuram. Regulam, quod imperitia Culpæ annumeretur, habet l. 132. d. R. J. Exempla verò l. 8. §. 1. Ad L. Aquil. §. imperitia 7. cum seq. J. eod. l. 2. quod quisq; juris in alium statuerit &c. l. illicitas 6. §. sicuti 7. ff. de Officio Präsidis l. 13. S. 5. ff. Locati Conducti. l. fin. C. de Magistrat. convenientis abundè suppeditant. In his ergo qui negotium suscipit, etiamsi & pro virili labore, tamen quod imperitus, quod infirmus, quod imprudens suscepit, culpa carere non potest. Sic in l. 5. §. fin. & l. 6. ff. ad L. Aquil. Präceptoris nimia sævitia Culpæ adsignatur, eò, quod Präceptor ira & furore in inobedientem Discipulum abreptus, imprudenter non consideraverit, modicam sive levem duntat castigationem concessam esse docenti: & quod, cum alias docere debuisset, quod fortior sit qui se, quam qui fortissima vincat mœnia, & quod virtus altior ire non posit, jam culpa redarguat ipsum. Sic in l. 36. ff. d. R. J. Culpæ assignatur, Immiscere se rei ad se non pertinenti, non alia certè ratione, quam quod, qui aliena suscipit negotia, & prudentia, & omnibus necessariis instructissimus, administrationem eorum adire debeat: Alioquin enim, cum faciendo prohibuerit, ne vel ipse Dominus vel alias magis idoneus in commodum Domini negotium administraverit, §. 1. J. de Obligat. que quasi ex contract.

*contract. nascuntur. factum etiam sive curiositas, alteritus tie-
mini debeat esse damnoſa, l. 155. in pr. & l. 74. d. R. J. qui
Culpa ſe eximere poſſet, ſi hoc vel illud minus deliberato
egerit, & quod conſultum intellexerit, aut intelligere de-
buuiſet, prætermiferit? l. 1. §. 1. ad L. Aquil. Præterea
etiam plerumque Leges noſtræ, quando de Culpa ejusque præ-
ſtatione loquuntur, vocabulis Negligentia, ſocordia, desidia,
ſegnitie, imprudentia, incoſiderantia, inertia, ineptia, rufſici-
tate, ſimplicitate, ignorantia atque imperitia, promiſcuè utun-
tur. l. 213. §. 2. l. 223. d. V. S. §. 3. J. quibus mod. re contrahitur
oblig. l. 132. d. R. I. l. 72. pro Socio. l. 64. pr. de Evictionib. l. Divus
Marcus 14. de Officio Praefidis. l. 32. de Conditione & Demon-
ſrat: &c. quod cum noſtro etiam convenit idiomate Germa-
nico, Fahrläſigkeit / Unſleiß / Unverſtandt / Verſäumnuß / Nach-
läſigkeit / & ſynonimice quoque tam in Latina quam Germa-
nica versione in Jure noſtro Provinciali Prutenico inve-
niuntur, LandtRecht libro 6. Titulo 5. articulo 7. §. 3. ſic,
ut nec Vigelius, non tantum diversa Culpa genera, ſed
& eorum tot propè species, quo alia vocabula à Jctis adhibita
invenit, ſtatuens, in Dialect. Juris. p. 67. ſeqq. nec Rittershusius
& quoſ ſequitur Corrasius & Giphanius, duas Culpa species,
commissionis & omissionis approbantes, Rittershus, in Com-
ment: ad l. 23. d. R. I. c. 5. p. 26. nos moveant, qto minus ſimpli-
citer concludamus, quod Culpa, quæ bifariam quidem contin-
git, faciendo aliquid quod noceat, & non faciendo vel preter-
mittendo unde dampnum ſequitur, una tamen, quæ Negli-
gentia committatur, Culpa ſit. Approbamus hinc etiam definitio-
nen Calvini in Lexico Jurid. voc. Culpa. p. m. 247. b. quod ſit
Culpa leſio per imprudentiam alteri illata, quæ alioquin huma-
nus evitari potuifet; quam inter alias prope innumerabiles ideo
elegimus, quod ſuccincte ſatis laſionem faciendo & omitten-
do comprehendat, quando dicit per Imprudentiam: Quod
enim*

enim laudatus Author ibi ex l. 3. §. fin ff. de suspect. Tutor: subjicit,
quod Culpa sit ex segnitie animi, rusticitate, inertia, vel simplicitate,
que semper comite habent Imprudentiam, & quam tam committendo
quam omittendo saepius peccatur, vertum est: siquidem
Prudentia non nisi summa ope & alaci Studio comparatur
arg. §. ult: Proœm. Institut:

§. VI. Hujus jam Culpa à nonnullis, Bartolum ad leg. 32.
ff. depositi, securi, quinque, rectius vero secundum communem
DD. sententiam tres constituantur gradus, deducta ratione à di-
versis diligentiae gradibus. Cum enim omissio Diligentiae circa
negotia vel alterius absolutè, vel alterius & propria simul, Culpa
moveat, Diligentia vero ex legum Dispositione triplex, 1. Com-
munis omnium hominum, quæ hominibus omnibus innata,
non acri ingenio vel industria excitata, sed ex communis sensu
descendens, l. 223. d. V. S. l. 6. & l. 9. §. 2. de Juris & facti igno-
rantia l. 32. ff. depositi. Secunda hominis magis exculti & ultra
istam communem cuilibet in rebus suis propria §. fin. J. de So-
cietate l. 25. §. 10. Famil. erciscunda. Tertia, Exactissima, quam
alius, & non quilibet solertior, sed non nisi diligentissimus
Paterfam: adhibet, d. §. fin. J. de Societat: l. 18. pr. Commodari
vel contra l. 3. de periculo & commodo rei vendita. Hinc le-
ges prioris diligentiae omissionem plerumque vocant culpam
latam, l. 213. §. 2. & l. 223. de V. S. l. 1. si mensur falsum modum
dixerit l. 7. ad L. Cornel: de Sicariis l. 20. C. de Negot. gest. l. 2. C.
arbitrium Tutela, & pasim, nonnunquam & latiorem, l. 32.
D. Deposit. non admissa Bartoli ad d.l. differentia inter latam
& latiorem culpam, quam ex ignorantia Latini Sermonis tra-
didisse author est Guilielmus Dyemeneus in notis ad Tit. de R.I.
in l. 23. n. 9. p. m. 67. it: graviorem, l. 54. §. 2. D. de acquirendo re-
rum dominio. magnam, l. 226. de V. S. nonnunquam negligen-
tiam crassam, l. 6. de Juris & facti ignorantia, nimiam, l. 213.
de

de V. S. latam, l. 6. de administratione rerum ad Civitat. pertin.
l. 7. §. 1. de Suspect. Tutorib. dissolutam. l. 29. pr. ff. Mandati.
remissiorem l. 5. C. de Pericul. Tutor. manifestam l. 2. C. arbitr.
Tutel. nec non ignorantis, desperiti, & nimium sectri ho-
minis, l. 3. §. 1. D. de Jur. Et facti ignorantia. supinam l. 6.
eod. securitatem nimiam d. l. eod. it. legnitiem, rusticitatem,
inertiam, simplicitatem, ineptiam l. 3. §. fin. de suspect. Tutor.
Definiri potest, quod sit laesio per imprudentiam, qua aliquis
ea non observat, qua quilibet talia agens facile juxta commu-
nem hominibus inditum intellectum s. rationem observa-
ret. d. l. 213. §. 2. Et l. 223. de V. S. Omissionem secundi gra-
dus diligentia leges culpam nominant levem, l. 47. §. 5. de
Legat. l. 22. §. 3. ad SCT. Trebellian: plerumque Culpam sim-
pliciter, l. 31. ad L. Aquil. l. 72. pro Socio. §. fin. J. eod. §. 3.
J. quibus modis re contrahitur obligat. l. 5. §. 2. Commodati l.
videamus 4. §. fin. Et l. 5. §. 3. ff. de in item Jurando. l. 9. §. 3.
Locati. Et passim, quod tamen sic accipendum, nisi ex aliis le-
gibus, vel ex ipsis verbis legis liquido constet, culpam levem
non posse, culpâ simpliciter prolata, accipi, tunc enim ejus-
modi leges, in quibus Culpa absqve adjectione ponitur, illis
non contrariantur, sed potius hæc ex illis interpretandæ sunt.
l. 18. in pr. ff. Commodati vel contra. Struv: in Syntagm: JCiv.
Diff. 19. tb. 26. Hic Culpæ gradus definiri potest, quod sit
laesio per imprudentiam, qua quis non facit, quod quivis pa-
terfamil. diligens & idoneus facit. l. 31. ff ad L. Aquil. l. 35.
§. 4. ff. de Contrabenda emt. Et quamvis hæc levis culpa sit in-
ter latam & levissimam gradu media, tamen oppositive ad la-
tam comprehendit utrumque gradum Culpæ, quæ diligentia
ad quam humana natura asurgere potest, omittitur. l. 20.
versic. cum non tantum C. de Negot. gestis l. 7. C. arbitrium
Tut. D. Struv. d. l. Et Exercit. 7. tb. 50. Omissio tertii gra-
dus

dus Diligentia, Culpa vocatur Levisima, quo tamen epitheto
l. 44. ff. ad L. Aquil. solummodo uti videtur: alioquin Culpa
etiam in legibus simpliciter dicitur, sic tamen ut plerumque
subjiciatur omissione exactissimae diligentiae. l. 25. §. pen. Locati.
l. 18. pr. Commodati vel contra. l. 1. §. 4. de O. & A. Indigitatur
hæc quando de ejus præstatione queritur, etiam per Di-
ligentiam, ut in l. 23. d. R. J. quando dicitur, quod quidam
contractus recipiant Dolum, & Culpam, quidam & Diligen-
tiam. Dominus Wissenbach. ad Tit. de R. J. Disp. 4. th. 9. &
47. §. 5. de Legat. 1. Culpa autem, inquit, qualiter sit estiman-
da videamus, at non solum ea que Dolo proxima sit, verum
etiam qua levis est, an nunquid & Diligentia exigenda est? &
l. 5. §. 2. ff. Commodati. Sic habet, Verior est Q. Mutiu senten-
tia, existimantis & Culpam præstandam, & Diligentiam. De-
finiri potest, quod sit laesio per imprudentiam qua quis non
exactiore quam suis rebus solitus est, adhibet diligentiam,
aut qualem alius diligentissimus quisque adhibuisse.

§. VII. Jam quod Culpa, quæ minime sive communis
omnium Diligentia omissione, lata, sive gradu maxima, quæ
maxima Diligentia, levissima sive gradu minima sit, ex præ-
cedentibus cognovimus. Hoc præterea hic notandum, quod
quo magis Negligentia à justo æqui bonique tramite recedat,
eo in Jure sit odiosior, & quod §. præcedenti jam notavimus,
Dolo plane comparettir, l. 1. §. 1. Si mensura falsum modum di-
xerit. pro Dolo accipiatur, l. 5. §. 15. ff. ut in possessionem le-
gatorum servandorum causa esse liceat. imo Dolus simpliciter
dicatur, l. 226 de V. S. & l. 32. ff. Depositii vel contra. An ergo
Dolus & Culpa Lata in Jure eadem? Resp. Minime. Nulla
enim culpa ex versutia, sed omnis ex ignavia & rusticitate,
quod diximus, procedit, & simulac malignum alterius laeden-
di consilium accedit, non amplius culpa, sed vere Dolus est.
l. 1.

I. i. §. 2. ff. de Dolo malo, I. ii. §. 2. de Pænis. Hinc jamdudum à multis explosæ Zasii novitati, (qua nimis gloriòse nugari à Guilel. Dyemeneo accusatur *in notis ad Tit. d. R. J. l. 23. n. 10. p. 68.*) duas latæ culpæ species versutiæ & ignaviæ constituen-
tis, nec nos subscribimus, licet Bachov. *in Comment. ad Treutl. Vol. 1. Diff. 26. tb. 2. lit. A.* juratò testetur, quod ipsi non abs
re videatur Zasii sententia, & quod species quam Versutiæ ap-
pellat, Doli vicinior, & fere sit Dolus, imo verò Verè Dolus
est, quod & idem fatetur Bachov. *ad §. 2. J. quibus modis re*
contrahitur Obligat. n. 3. p. 611. ubi dicit, *quod Lata culpa ver-*
sentia ipissimum sit dolus, nec ipse Zasius, referente Domino
Struvio *in Syntagm. J. Civ. d. loc.* inficias ire potest, ultro affir-
mans, culpam versutiæ, Doli machinatione non carere.

§. VIII. Quæritur ergò, quā Culpa lata in Jure æqui-
paretur Dolo, imò Dolus dicatur? Respondet Bachovius ad
Treutl. cit. loc. *Nerva*, inquit, & Celsus, (*in l. 32. ff. Depositi.*
addimus Paulum *in l. 220. d. V. S.*) *effectum respicientes, latam*
culpam dolum esse dixerunt, scilicet cum negligentiam tantam
admittens, quanta in hominem integrum bonæqve fidei ca-
dere non creditur, fere præsumatur negligentiam affectasse, &
studio neglexisse ea, quæ omnes homines curanda esse intel-
ligunt, ideo quoad præstationes ex contractibus, seu quod da-
mina resarcienda attinet, lata culpa dolo æquiparatur, & præ-
sumptione seu fictione Juris, Dolus dicitur, quod & adeo verum
est, ut licet in Jure nostro dicatur, dolum *duntaxat seu tantum*
præstandum esse, non tamen excludatur lata Culpa, *l. i. §. 5.*
de O. & A. l. 23. d. R. J. l. 8. §. 3. de Precario. Bachov. *in Com-*
ment. ad Inst. ad §. 2. quibus modis re contrahitur obligat. *n. 3.*
p. 611. Struv. *in Syntagm. J. Civ. Exercit. 19. tb. 21.* Interim ex
supra adducta ratione lata culpa revera Dolus non est, nec
credendum Treutlero affirmanti citato loco, quod in antiquis

Edictorum formulis, fraudis nomine lata culpa significata fuerit, siquidem in Tit. *que in fraudem Creditorum & passim in toto jure fraus & Dolus pro Synonimis usurpantur.* *Bachov. ad Treutl. d. loc. Cujac. ad l. 36. ff. de V. O. Dominus Hüber in Digressionibus Justineaneis l. 3. c. 15. p. 437.*

§. IX. Jam ubi subjiciendum quatenus in Negotiis sive Contractibus Culpa per gradus suos sit præstanda, repetendum hic panicissimis, quænam, de quibus Jus reddatur, sint Negotia. Et ad duo genera omnia referri posse, ad illa scil. quæ per se licita, vel quæ illicita, ex jure novimus. Per se licita sunt Contractus voluntarii & Quasi Contractus, alias Negotia Civilia, sic dicta, quod ad Jus Civile à JCTis olim accommodata fuérunt. Illicita sunt Contractus involuntarii sive male Contractus & Delicta, uti loquitur *l. 52. π. de Re Judicata.* Dicuntur involuntarii, quod in invitatos committuntur, quo referenda etiam Quasi delicta.

§. X. Cum ergo de præstatione Culpæ queritur (de dolo enim novimus quod nemini debeat patrocinari, *l. 1. §. 1. ff. de Doli mali & metus except. imò, quod ne pactum quidem contractui adjectum, ne Dolus præstetur, valeat, l. 23. d. R. J. & l. 27. §. 3. ff. de Pactis*) in omnibus hisce negotiis probe considerandum negotium ipsum, sive contractus, sumtis scil. Negotii & Contractus vocabulis synonimicè & in latissimo sensu, quoad omnem causam, h. e. Civilem, Criminalem, Privatam & Publicam pertinent. *l. 1. §. 1. ff. de Calumniatoribus & l. 52. de re judicata.*

§. XI. Præmittamus Negotia Civilia s. Contractus nominatos & innominatos, it: Quasi contractus. Differentiam hi inter se constituant à diversa ipsorum Natura. Cum enim Contractus nominati, alii Re, alii verbis, alii Literis, alii Consensu perficiantur, hinc sunt & dicuntur alii Reales, alii verbales,

les, alii Literales, alii denique Consensuales. Sic etiam innominati, do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, it: Quasi contractus, Negotiorum gestio, Tutelæ administratio, Communio sine Societate, Hæreditatis aditio, & Indebiti solutio, peculiari ratione ab invicem distant. In omnibus vero in universum, Aequitatis ratio, quæ norma legum, ubique adhibenda, & quæ, quid in Contractibus præstandum, docet, à diversa inter contrahentes relatione, h. e. quatenus ex.gr. Venditor erga emitorem, Locator erga Conductorem &c. se habent, deducitur. Hinc artis æqui bonique DD. doctrinam de præstatione Culpæ in Contractibus hinc inde ex Legibus collectam, secundum hanc normam majoris evidentiæ causa, quamvis minus perfectè, tribus inclusere Regulis. Prima est: Quotiescunqve in Contractibus dantis tantum versatur utilitas, dolus solum præstatur & lata culpa, l. 5. §. 2. ff. *Commodati vel contra.* Secunda est: Quoties contractus celebratur tantum accipientis gratia, in eo præstatur dolus & omnis culpa, etiam levissima, *dicit. leg.* Tertia est: Quoties utriusque contrahebitis gratia contractus celebratur, in eo præstatur, Dolus, lata, & leve Culpa. d. l. 5^o l. 108. §. 1. n. *de Legat.* 1. *Bronchorst. in Comment. ad Tit. de R. J. in l. 23.* Minus perfecte diximus. Lex enim *allegata* 5. §. 2. *Commodati*, 5^o l. 23. d. R. J. superaddunt exceptionem generalem: *Sed bac ita, inquit d. l. 23., nisi si quid nominatim convenit, vel plus vel minus in singulis contractibus:* Nam hoc servabitur, quod initio convenit: Legem enim contractus dedit. Pacto scilicet effici potest, ut plus vel minus quam Contractus Natura exigit, in singulis præstetur, servandum etenim quod initio convenit. Exemplis hoc per singulos contractus illustrare, nimis prolixum foret, & vix necessarium videtur, cum compendio idem efficere liceat. Inquiramus igitur solummodo, an prædictæ Regulæ

una cum subnexa exceptione unica, difficultati circa contro-
versias de præstatione Culpæ sufficient? Quod affirmamus
regulariter, exceptis solummodo paucis contractibus eis, qui
ob singularem rationem diversam à reliquis accepere Juris dis-
positionem; de quibus postea: In reliquis hoc interest no-
titemus, etiam quando simpliciter secundum regulas in singulis
judicium formandum, quod non magis de Natura contractus,
ex. gr. Depositum, Commodatum, sint gratuita, quam de
Conventione Partium imprimis simus solliciti, nonnunquam
etiam de Conditione rei in contractum deductæ. Quæ alle-
gavimus exempla, ut evidentior fiat sententiæ nostræ ratio,
penitus relegamus. Commodatum est contractus, quo res
gratis utenda datur, ad tempus, finem, modumve certum, ea
lege, ut eadem res in specie reddatur, l. 5. in pr. ff. *Commodati.*
§. 2. *J. quibus modis re contrahitur Obligat.* Quod sic Com-
modati Contractus natura solius accipientis respiciat utilita-
tem, l. 5. §. 2. *Commodati.* & quod secundum communem re-
gulam de exactissima diligentia, h. e. ad præstationem levissi-
mæ Culpæ Commodityarius teneatur, d. l. certum est. At
vero commodo ornamenta, ut ad me Sponsa honestius culta
dedicatur, d. l. 5. §. 10. vel pocula argentea, ut communis amicus
splendidius excipiatur, l. 18. in pr. eod: an adhuc accipientis tan-
tum utilitas in hoc contractu versatur? Neutquam, simulq; ces-
sante ratione legis, ipsa quoq; ejus cessat dispositio, atq; his casi-
bus Dolus tantū & levis Culpa in Commodity contractu præsta-
tur, dd. text: Jam exceptionē etiam applicabimus, convenit scil:
initio statim, ut dolum tantū præstaret, qui rogavit? Hoc serva-
bitur, d. l. 23. d. R. I. & l. 5. §. 10. π. *Commodati.* Pergimus ad Deposi-
tum. Depositum est contractus quo res alicui gratis custodienda
traditur, sub fide restituendi. l. 1. in pr. ff. *Depositii.* & l. 1. §. 15. quog;
5. D. de O. & A. Depositarius ergo, cum solius Deponentis gratia

ex

ex Natura Contractus Depositum accipiat custodiendum, Dolum tantum, & quae ei equiparatur culpam latam præstat, d. l. 1.
§. 5. de O. & A. & l. 5. §. 2. *Commodati.* At vero mercedem accipit Depositarius? Non amplius alterius tantum, sed jam utriusque hic vertitur utilitas, & ad præstationem levis etiam. Culpæ Depositarius tenetur, d. l. & l. 1. §. 8. *Depositii.* Vel ipsius Depositarii causa ponitur? Hoc casu nihil differt à Commodo; vel ultro se offert Deposito: nec amplius sola Deponentis utilitas subest, cum ad exactissimam Diligentiam depositarius hoc ipso se obligaverit, arg. §. 1. J. de *Oblig.* que quasi ex *Contract:* nascentur. Ideoqve si non majorem quam suis rebus in custodia Depositi adhibeat Diligentiam, culpa quod se immiscuit rei ad se non pertinenti, carere non potest. l. 1. §. 35. π. *depositi.* At vero ubique nominatum initio convenit, ne depositi agatur? l. 7. §. 15. & l. 27. §. 3. ff. de *Pactis.* vel, ut res depositæ, vel nummi periculo sint ejus apud quem deponuntur? Resp. Contractus legem ex Conventione accipiunt. l. 1. §. 6. & 35. ff. *Depositii.* Sic in contractu Locatio his Conductionis. Locatio conductio est contractus ex consensu, de re certa mercede facienda, vel ad tempus utenda. pr. J. b. t. Quod hic contractus utriusque gratia celebretur, nemo non videt, ideoqve si Conductoris lata vel levi Culpa res perierit, aut deterior facta sit, locati judicio tenetur, l. 5. §. 2. ff. *Commodati.* l. 3. §. ait Prator. ff. *Nautæ, caupones, stabulariū &c.* l. 9. §. si colonis 3. *Locati.* quod & in incendio, non tantum quod sua sed etiam quod domesticorum culpa exortum, l. videamus 11. §. ult. l. qui insulam 30. §. ult. D. *Locati.* locum habet, sic tamen ut præsumtio illa, quod incendia plerumque culpa inhabitantium fiant, l. 3. §. 1. ff. de *Offic. Praeficit.* Vigil. l. si venditam de Peric. & commod. rei vendit ad condemnationem non sufficiat, Dn. Wissenbach: in Comment: ad Tit: de R. J. Disp. 4. tb. 26. Gail. 2. Observ. 21. n. 4. Sanden. 3. Decis: 6. defin.

6. defin. 9. Sed res fragilis, h. e. quæ facillimè frangi aut alio-
quin irreparabile damnum pati potest, alteri locata? Monui-
mus, quod nonnunquam conditionis rei in contractum dedi-
ctæ, quando de præstatione Culpæ queritur, ratio sit habenda.
Et hoc nos docuit Bronchorst in Comment. ad Tit. de R.I. ad 1,
23. ibi, ubi, quod tunc præstanta sit etiam exactissima diligen-
tia observavit, ex l. si merces 25. §. qui columnam 7. ff. Locati. Qui
columnam, sunt verba legis, transportandam conduxit, si ea dum
tollitur aut portatur, aut reponitur, fracta sit, ita id periculum
præstat, si qua ipsius eorumq; quorum opera uteretur, culpa acci-
derit. Culpa autem abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissi-
mus quisq; observaturus fuisse. Quam sententiam ideo ad-
mittimus, quod non videatur destitui speciali ratione. Quod
enim fragilitas, & aliud ex minima incuria irreparabile immi-
nens damnum rei, Locatorem moveat, ut à Conductore non
tantum exactissimam diligentiam exigeret, sed & hic, impri-
mis in pretiosioribus, eandem promisisse credatur, facile svadet
ratio, & confirmare idem videtur, §. 5. J. Locati. ubi in Loca-
tione vestimentorum, & argenti à conductore etiam diligentis-
simi Patris famil. officium exigitur, quod tamen de aliis solidiori-
bus rebus in Jure sic dispositum non invenimus. Interim quam
ad d. l. 25. §. 7. Locati. plurimi DD. defendant sententiam, sc. ab
artifice, columnam pro certa mercede transferendam & po-
nendam conducto, exactissimam ibi requiri diligentiam, quia
peritiam artis professus, se quasi obtulisse videatur, non impro-
bamus. Dominus Struv. in syntagm. JCiv. Exercit. 24. tb. 20.
Brunman: in Comment: ad Pandect. ad b.l. Bachov. ad Treutl:
vol. 1. Disp. 29. tb. 6. Lit. E. & in Comment, ad Institut. ad §. 5. Locati.
Quod autem Nicolaus Burgundius in Tr. de pericul. & culpa in
Contr. p. 176. & seqq. contendit, in omnibus contractibus qui
utriusque gratia fiunt, regulariter præstari culpam levissimam,
magno

magno conatu, magnas nugas agere, refert Dominus Wissenbach. *cit. loc. tb. 25.* Coeterum quod etiam in Contractu Locat. Conduct. exceptio, quod alter contrahentium periculum in se suscipere possit, locum habeat, procul dubio apud omnes extra controversiam erit. Et sic in omnibus contractibus reliquis, innominatis etiam & Quasi contractibus, probè considerandum, quatenus utilitas hujus vel alterius contrahentis, & ex natura Contractus, & ex communi placito subsit, & facili negotio, quid ubiq; statuendum, regularum beneficio inveniemus. Exceptionem verò ut plus vel minus præstetur, in omnibus indifferenter negotiis æque esse admissibilem, minimè concedimus. *I. Pomponius 6. π. de Pactis dotalibus. Wissenbach. in Comment. ad Tit. d. R. I. Disp. 4. tb. 38.*

§. XII. De Precario, (quod Vultejo Contractus, Cujacio quasi contractus, Hotomanno Contractus innominatus. *Do ut facias*, referente Domino Wissenbach, cui tamen nihil horum, *sed l. 14. ff. de Precario, & Bachovii in notis ad Treutler: Vol. 1. Disp. 24. tb. 5. lit. C.* sententia placet, *in Comment: ad Tit. de R. I. Disp. 4. tb. 16.* Precarium sc. ad donationes & beneficii causam, magis quam ad negotii contracti conditionem referens, *d. 4. 1. pari ratione judicium formandum.* Precarium est, quod precibus petentis utendum conceditur, quamdiu is, qui concessit patitur. *l. 1. in pr. D. Precario.* Precario qui rem accepit, dolum tantum præstat & latam culpam, *l. 23. d. R. I. l. 8. §. 3. π. de Precario.* An non verò solius accipientis utilitas hic vertitur? Respond. cum Cujacio ex Natura Precarii: Nulla propemodum utilitas ejus est, qui precario rogavit, quia breve & fragile beneficium est, cum id quoque restitui oporteat vel confessim, vel quandoq; postulanti. *Tr. 5. ad African: in l. 108. §. 2. D. de Legat: 1. p. 454. B.* In hoc enim differt à Commodato: Commodatum ad certum usum datur, nec repeti potest ante usum expletum: Precarium vero quandoq; revocari potest, ad libitum

C

preca-

precario concedentis. Hinc etiam est, cum sibi habeat imputandum precario concedens, si, quando suspectam habere incepit diligentiam precario tenentis, non tamen revocavit Precariū, quod dolus tantum, & quæ ei æquiparatur lata culpa in Preclaro præstetur. *l. 1. pr. & §. 2. & l. 8. §. 3. de Precario.* Aliam adfert rationem Treutlerus, sc. quod liberalitas hoc postulet, ne ab eo in quem exercetur, tanquam alienæ rei custodia exigatur; sed probè eam refutat Bachovius in *notis Vol. 1. Disp. 24. tb. 5. lt. K.* Non præterimus hic, quod Ulpianus & Pomponius in *l. 4. §. ult.* & *l. 5. & l. 8. §. 7. ff. de Precario*, dicant quidem, quod ad tempus rogari, & finito tempore Precarium renovari, & in longum tempus concedi, & ab eo qui rogavit possideri possit: imo Celsius in *l. 12. §. 1. eod.* subjiciat, quod Precarii rogatio, ad heredem ejus qui Precario concessit transeat, ad heredem autem ejus qui Precario rogavit non transeat, quippe ipsi duntaxat, non etiam heredi ejus concessa possessio: Interim tamen ex natura precarii proprium esse, certum tempus utendi non præscribere, aut legem ut non liceat revocare intra illud tempus: Verum tamen & posse concedi in longum tempus & breve, sed non ideo minus in potestate dantis repetere cum voluerit. Peretz: *ad Tit. Cod. de Precario. n. 2.*

§. XIII. Coeterum mouimus, quod nonnulli Contratus ob singularem rationem diversam à reliquis acceperint juris regulam. Sunt etenim quidam, in quibus nulla est utilitas accipientis, suscipientis, administrantis, & is tamen sicut Commodatarius Culparam & Diligentiam præstat, veluti Gestor, Tutor, Procurator, propriis (quod diximus) quibusdam rationibus, quia Gestor ultro suscipit negotia absentis, & Tutori committuntur Negotia Pupilli, qui rem suam tueri non potest, & procuratori Negotia Mandatoris, quæ officia sunt amicitiae in hac vitæ Societate pernecessaria, quæ qui non gesserit strenue, & diligenter, non potest non juste condemnari.

mnari. Ehi quatuor Contractus, quantum opinor, significan-
tur in l. Contractus 23. d. R. J. his verbis: *In his quidam & Dili-*
gentiam, male (a) Florentina, in his quidem & Diligentiam, sunt ^(a) Wissens-
Verba Cujacii in Tr. s. ad African. ad l. 108. §. 12. ff. de Legat. I.P. 454. Tit. de R. I.
Lit. C. D. Quod verò Cujacius hic inter alia de Tutorē affirmat,
multis quidem displicet, nobis tamen tam absolum & à veri-
tate alienum non videtur. Et quamvis Communis ferè DD.
sententia sit, quod Tutorē levem tantum præstare culpam te-
neatur, Ritterhusius quoq; *in Comment. ad L. 23. d. R. J. c. 11.*
p. 150. seqq. ad quatuordecim leges pro defensione istius sen-
tentiae allegaverit, tamen & pro contraria sententia non levis
momenti rationes & leges firmissimas militare certum est. Pri-
mam enim quod attinet Cujacii rationem, scil. quod Tutorē
committantur Negotia Pupilli, qui rem suam tueri non potest,
sive uti Jus loquitur, qui per atatem ipse se defendere nequit,
§. 1. f. de Tutelis l. 1. in pr. ff. cod. quid, (cum jam pluribus, quæ
pupillorum & minorum sunt, in se convertere, amabilis & ap-
petibilis res sit, *Nov. 72. cap. 6.*) homines ad malitiam semel
dediti non invenirent, ut res ipsas vel usum earum sibi pro-
priū facerent, si ab omissione diligentiae, etiam exactissimæ, in
subsidiū pravi consilii excusatio eis suppeditaretur? Deinde,
quod laudatus Author pro altera ratione adducit, sc. quod Tu-
telæ administratio sit officium amicitiae in hac vitæ societate
per necessarium, quod qui non gesserit strenuè, h. e. quam di-
ligentissime, non possit non juste damnari, nec caret autho-
ritate legum, utpote quæ in alienis negotiis exactum officium
requirunt, nec quicquam in eorum administratione neglectum
ac declinatum culpa vacuum æstimant. *l. 21. C. Mandati vel*
contra. (3.) l. 32. ff. de aministrat. & pericul. Tutor. sic habet:
Modestinus respondit, damnum si quod datum accidit, eò quia
cautiones solui vectigalis inventæ non sunt, ad tutorem cuius

32.

C 2 nullæ

nulla culpa admissa proponitur, minime pertinere. Nulla verò culpa ubi sit, docet l. 25. §. 7. ff. Locati. Culpam autem, inquit, abest, si omnia facta sunt, que diligentissimus quisq; observaturus fuisset. (4:) Disponit. §. 5. f. de suspectis Tutor. quod Tutor, qui non ex fide tutelam gerit, sit suspectus. Jam verò, quid sit ex fide rem gerere sive administrare, explicat l. 10. in pr. ff. Mandati, ubi de Procuratore, qui extracontroversiam ad exactissimam diligentiam legum dispositione tenetur, nihil amplius quam ut bonam fidem præstet, requiritur. (5.) Dicit l. 3. C. de Pericul. Tutor. Si res pupillares, quas in horreo conditas habere, aut etiam venundare debuit Tutor, in hospitio suo ut servaret, vi signis assumptæ sint, Culpa sive segnitiem non ad Tutoris damnum, sed ad pupilli spectare diffendit, minus probabilitate ratione depositi. Quod exemplum sane maximam à Tute diligentiam exigere videtur. Quod Tutor casus adversos seu fortuitos regulariter præstare non teneatur, l. 50. ff. de administratione & Periculo Tutor. exemplis docet. Limitationem verò regulæ habet, l. 4. C. eod. nisi casui causam dederit tutor, vel culpa ejus præcesserit. Jam quando in nostra lege Culpa Tutori expressis verbis imputatur, tantum de quanam Culpa illud intelligendum sit, erit dubitatio. Et nos quidem de levissima illud affirmare, vix dubitamus. Quod enim custodiām rei attinet, illa in hospitio, quam in horreis, quæ ad usum prædiorum rusticorum in agris plerumq; exstructa, effractioni furium, & latronum invasioni magis exposita, securior procul dubio fuit, quapropter, illam quod attinet, levis culpa, scilicet quod rem, uti bonum decet patremfamil. non probe observaverit, minime ei imputanda, sed tantum quæ super est levissima Culpa, sc. quod non perpenso consideraverit animo, quod res horreis destinatae, plerumq; ejus sint naturæ, quæ facillimè ignem capiant, & quem semel cōperint, vix esse suppressendum, ideoq; ut omni omnino culpa careat, quod in horreis, ad quæ nemo

cum

cum igne facile admittitur, res pupillares adservare debuisset.
Quod tamen nec centesimus, & vix diligentissimus quisq; fa-
cile observaret, imprimis, uti in pluribus emporiis domus ad
negotia & mercaturam exstructæ, si ferat commoditas, ut, ex:
gr: hordeum, triticum, & quæ ejusmodi frumenta sunt alia,,
(de foeno enim & stramine Imperatorem consuluisse vix ra-
tioni convenit) securè secum habere possint. Tacemus (6.)
quiod, cum ad exequendum mandatum, quod tamen privata
tantum authoritate, mutuo inter contrahentes consensi susci-
pitur, leges tantam datæ fidei religionem imposuerint, non
videamus rationem, vel quid obstet, quo minus in Tutela, tan-
quam negotio sive mutuere publico, quod publica plerumq;ve
authoritate, ob publicam utilitatem injungitur, cum præterea
etiam ex natura Tutelæ Tutor adeundo administrationem hoc
ipso ad fidem obstringatur, eandem ex legibus sententiam ad-
mittamus. Interim tamen cum in subsidium contrariæ sen-
tentia DD. communiter, quod in dubiis benignior sententia
sit sequenda, adhibeant, illud etiam justius & tutius esse leges
approbent, l. 3. ff. de his quæ in testamentis delentur. l. 2. C. de
communi servo manumiso l. fin. C. Qui bonis cedere possunt.
nos contra tot Praclarissimorum virorum authoritatem vix
aliquid audentes, saniorum judicio, quid secundum leges in
hac controversia tutissime statuendum, jure meritò relinquimus. De Negotiorum gestore, quod nec ille regulariter de le-
visima Culpa teneatur, conantur defendere Dominus Brun-
neman, argumento petito ab æquitate, in Comment: ad Cod. ad
l. 20. C. de Negotiis gestis it: Schneidevvinus ex eadem lege, in
Comment: ad Instit. ad Tit: de Obligation: quæ ex quasi contr. na-
cuntur. ad §. 1. n. 7. nec non Treutlerus Vol. 1. Disp. 10. tb. 12. §
13. it. Rittershusius in Comment. ad l. 23. d. R. J. cap. 12. p. 170.
seqq. At vero contrariam sententiam ut rationi magis & le-
gibus convenientem defendunt Bachovius in Comment. ad

Instit. ad Tit. de Obligat. que quasi ex contractu nascuntur. it. in
notis ad Treutler. cit. loco Struvius in Syntagm. J. Civil. Exercit. 7.
tb. 50. Giphanius ad Instit. Disp. 31. tb. 7. n. 18. nec non Dominus
Huber in Comment. ad Instit. ad Tit. de Obligat. que quasi ex Contr.
nascuntur. ex legibus §. 1. J. d. tit. l. 24. C. de Usuris. l. 21. C. Mandati.
l. 11. ff. de Negotiis gestis. l. 23. d. R. J. l. 1. §. 35. ff. Depositii.
quos sequimur, tanto magis, cum verba dicti §: 1. J. de Obligat.
que ex quasi contr. Nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem
suis rebus adhibere solet, si modo alius diligentior eo commodius ad-
ministraturus esset negotia, non secundum quorundam opinionem.
inferant conditionem, ut tum demum de levissima Culpa teneatur,
si nempe alius ipso commodius administraturus fuisset, sed descrip-
tionem exactissimae diligentiae contineant, perinde ut in §. 2. J. qui-
bus modis re contrahitur oblig. Dominus Huber, nec non Bachovius
in Comm. ad Inst. dict. loc. Nec obstat quod vulgo objici solet, ita
neminem accessurum ad aliena negotia gerenda, & quod absurdum,
eum cuius nulla utilitas versatur, teneri ad summam diligentiam, &
& praestare levissimam culpam contra regulam l. 5. §. 2. Commodati.
siquidem sicut interest, ut sint qui absentium negotia curant, ita
etiam interest, ne quis temere ea suscipiat, & immisceat se rebus a-
lienis, quo jam in Culpa esse dicitur, l. 36. d. R. J. sicq; grassandi
in bonis alienis occasionem arripiat. Præterea Negotiorum gestor,
qui negotia aliena in medio posita, nec dum deserta aggreditur, vi-
detur se quodammodo ingerere, & utiq; offerre, & hinc exactam
diligentiam polliceri. l. 3. §. 10. D. de Negotiis gestis. l. 1. §. 35. Depo-
siti. Bachov. in Comment. ad Instit. d. loc. Non semper tamen Ne-
gotiorum gestor de levissima culpa tenetur, sed nonnunquam dun-
taxat de lata, sc. si quid urgente necessitate sit gestum. l. 3. §. 9. ff.
de Negotiis gestis. nonnunquam tamen & casum praestat. l. 11. ff. eod.
De Procuratore, quod ille de levissima culpa teneatur, DD. com-
muniter convenient, & omne dubium eximere videtur. l. 13. C. Man-
dati. A Procuratore, inquit, dolum & omnem culpam, non etiam
improvisum casum prestandum esse, juris autoritate manifeſte de-
claratur. junct. l. 11. & l. 21. C. eod: Hinc rebus mandatis suos post-
habere consentaneum esse, inquit Dominus Wiserbach: in Comment.
ad Tit: de R. I. Disp. 4. tb. 19. & Charinus apud Plautum in Mercat:
act: 2. sc. 3. Sæpe ex te audivi Pater: Rei mandatæ omnes sapientes
primum

primum prævorti decet. Sunt tamen qui distinguunt inter Procuratores ad Negotia, & Procuratores ad Lites: & tunc dicunt, sunt quædam negotia quæ non requirunt aliquam industriam, & tunc culpa lata tantum præstanta, l. 29. pr. ff. Mandati. Interdum tale est negotium, ad quod requiritur aliqualis industria, sed non adeò exacta, ut extrajudicia, & tunc culpa levis præstanta, ut in I. Procuratore II. C eod: Aliud verò est, ad quod requiritur exactissima diligentia, ut in Procuratore ad Litē, qui communiter dicitur absolute Procurator, & hic obligatur ad diligentiam exactissimā, & profitetur se peritum rerum forensium. Dominus Brunneman: in Comment: ad C. ad l. 13. Mandati vel contra. Quæ de Negotiis Civilibus s. Contractibus & Quasi Contracti dicta sufficient.

§. XIV. Contractus in voluntarii s. malè contractus, cum omnes unius sint generis, h. e. ex ipso maleficio, pr. J. de Obligat: quæ ex delicto nascuntur, quod nocendi proores in s. dolum presupponit, l. 1. §. 3. & l. 14. ff. ad L. Cornel: de Sicariis. l. 33. ff. de Injuriis. nascantur, propriè, & quatenus eorum persecutio est criminalis, planè huc non pertinere, DD. communiter statuunt. Interim tamen quatenus in Delictis ob Culparum Civiliter h. e. ad prenam extraordinariam, agitur, persecutio locura habet. arg. l. 1. §. 2. si quis testamento liber & Bachov: ad Treut: Vol. I. Diff. 26. th. 2. lit. A. p. m. 472 Brunneman: addict: l. 1. §. 2. Carpzov: Pract: Crim: P. I. Quæst. 27. Et si res plane mali sit exempli, quod & tunc, qui malo animo & proposito nocendi caruerit puniatur, habet l. 3. §. 2. ad L. Cornel: de Sicariis. & l. 38. §. 5. ff. de Pœnis. quamvis ista exempla vix à maleficio excusare auderem.

§. XV. In Quasi delictis, quoad eorum natura requirit diligentiam, omnem præstantam esse culparum, cuius tamen estimatio arbitrio judicis merito committenda, arg. l. 15. §. 11. n. quod vi aut clam. extra dubium videtur. Primum enim quod attinet, cum l. 11. in pr. ff. de Pœnis. & l. 19. pr. §§. 1. D. de Officio Præsidis. Officium Judicis admodum perspectum requirant, imo Judici quod tum authoritatem & dignitatem suam ingeñio augere, tum etiam perpenso judicio prout quæque res expostulat, statuere debeat, sævere injungant, quis aliquid horum omisum culpa vacuum estimabit? tanto magis cum male judicando litem suam faciat, pr. J. h. tit: hoc est periculo litis se obstringat, atq; estimationem præstare cogatur, unde suam merito litem ait esse, cuius pretium solvit, ut olim Cicero, mitanti cuidam Magistratui, qui

per

per lordes creari meruerat, usurum se potestate sua in Ciceronem, Re-
ete, ait, dixisti, tua potestate, emisti enim. Plutarch. in Vita Ciceronis
quod tamen si Judex per dolum male judicaverit, cum tum verè delin-
qvat, l. 15. §. 1. π. de Judicis. cum famæ munerisqve sui dispendio, lo-
cum habet. l. 2. C. de Pœna judicis qui male judicavit. Imperitus alio-
quin mulcta arbitraria damnatur, & quasi delinquit. pr. f. b. r. Domi-
nus Hiber. in Comment. ad Instit. hic. Alterum quasi delictum vix dili-
gentiam exigere videtur, cum potius dissoluti sit, effundere vel dejici-
cere aliquid quod transeunti nocere possit, nec respicere an aliquis
transeat: Cum tamen proterviam & socordiam nonnullorum tantam
esse exempla docuerint, leges patribus fam: imputarunt quod ejusmo-
di hominum servitiis uterentur, atqve ut sine periculo & metu quilibet
per itinera commeare posset, l. 1. §. 1. & 2. de his qui effuderint vel de-
jecerint. actionem in duplo damni dati, factive, ac si liber homo pe-
tierit, in quinquaginta aureos, sin verò ei nocitum sit, ad id quod æ-
qvum judici visum fuerit concesserunt, contra inhabitantem ædes, ex
quibus aliquid dejectum vel effusum, quod nocuit. l. 1. in pr. & l. 6. §. 2.
dict. tit. §. 1. f. de Obligat: quæ quasi ex delicto nascuntur. Tertium
quasi delictum, cum simpliciter, ne aliquis ponat suspendatqve, pro-
hibitum fuerit, d. §. 1. f. & etiam si aliquis vel summam in ponendo
vel suspendendo adhibuerit diligentiam, tamen à quolibet ex populo
ad pœnam 10. aureorum conveniri potuerit, aliam sane, quam ut plane
quis non posuerit vel suspenderit, vix requirere videtur exculpationem.
In quarto Quasi delicto, quod Nautæ, Caupones & Stabularii,
non suam tantum, sed & quorum opera utuntur Culpm præstare o-
mnem teneantur, l. 3. §. 1. d. t. insignes adfert rationes. Necesse est, in-
quit, plerumq; eorum fidem sequi, & res eorum custodia committere:
Dein in ipsoru est arbitrio, ne quem recipiant, etiam, si hoc non sit con-
stitutu materia daretur cum furibus adversus eos, quos recipiunt, coe-
undi, cum necnunc quidem abstineant hujusmodi fraudibus, quibus
voluit Prætor, ut innotesceret eum curam agere reprimenda impro-
bitatis hoc genus hominum. l. 3. §. ait Prætor: t. eod. Quæ
de Cculpa ejusqve præstatione hac vice dicta
sufficiant.

S. D. G. A!

•():():()

AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege haud innectum; nihil obstat ut validere cambialiter conveniri posse, docet BEI FOR. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Hor. IV. §. 4. p. m. 833.

- 8) In litteris cambii *non requiritur jam facta debita ex cuncto iure Saxonico et aliorum locorum legum* cambium et pactum obligationis ad carcerem *commodum* Saxonia.
- 9) In iisdem igitur *nec bonorum cesso liberat a causa debiti*. Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. de obligatione causa debiti. Lips. hab. 1723. et V. C. Ioh. FRIDERICI de pecunia mutuaticia tuto collocanda, Cap. III. *Ex juxta autor exquisitiora tradit, quam inscriptio promittit.*

§. CXVIII.

Obligatio *ad obstagium* etiam ab obligatione diversam est. Illa enim, nomine ante diem non habitor interpellatus diversorum publicum ingredi, in stercore, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Quem designatum haud ingreditur, per sententiam obligatur et quidem cum comminatione poenae des Schuttenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insinuation nach den öffentlichen Gaß-Hof N. zugegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Comdem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt gegen fernrer gegen ihn ernstlich verfahren werden soll.* obstagium hodiendum in terris Slesvico-Holsticis, Harre constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati Gelnhausen Spirensisbus an. 1349. datis se ipse ad obstagium.

K 3




Image Engineering Scan Reference Chart TE265 Serial No. 0911